

ari, et quidem subditi, heic Regii sunt percussores; liberi Reformati
qui Regem non modo Reformatum, qui parentem optimum nefario
parricidio, nefando iudicio, inaudito exemplo occiderunt, sed Regem
ipsum rem sacram atq; divinam, exacto filio herede, intercepterunt,
nefarieq; rapuerunt, impietatis ac sacrilegii ultimo se obstringente
crimine. O parricide parridarum omnium, quotquot unquam
fuere, hodieq; sunt, et futuri erunt, immanissimi! O peruelles per-
duellium omnium, quotquot unquam sol vidit, adhuc videt & deus
ceps visurus est, atrocissimi! Indignamini, quod hisce titulis famosi-
^{vos} ^{mac} ^{ten}? Nolite indignari, qui per naturae & gentium leges par-
ricidii, per leges Regni perduellionis rei estis. Ne dicam, quod im-
manitate ipsas immanissimas vincatis bestias! Horror igitur et
stupor ubi estis? Ubi lacrymae & conplorationes? Ubi plangentes
& ejulationes? Ecce cinam enim, tanse pumice oculi, aut ita ex cha-
libe precordia, ut non in lacrymas solutus totus fluat, fleat,
quoties cumq; mente secum Regicidas illos Anglicanos, monstrorum
omnium monstrissima monstra, recollit? Sed transeo plenus, Jh-
macbo ad eum, in quem tantum fuit scelus admissum. Rex est.
Regem qui dicit, eum vult intellectionem, cuius suprema in Regno est
potestas, nulliq; alii, nisi deo obnoxia, cuiq; ad eum soli ac tuum suorum
rationem reddere cogitur, praeter ea nemini. Siccine vos fana-
tici, vos satanici, Majestatem, quam ex verbis divinis & humanis
ullo dicto vel facto violari nefas erat ^{violastis} Majestatem, cuius
nomen sanctum apud omnes semper gentes, vel ab ipsis orbis
conditi primordiis, fuit! Violastis Majestatem, quam deus ipse tan-
in veteri quam Novo Testamento a se constitui & perse regna-
re dicit. Violastis majestatem, quam per Apostolos honoranda
praecipit! Violastis Majestatem, quam primi Christiani, vestigiis
magistri sui insistentes, & mandato ejusdem obsequentes, qua-
vis tyrannice religionem, cui sacramentum dixerant, dominatu
persequeretur, non solum ferebant, sed etiam civiliter colebant.
Violastis Majestatem, pro cuius salute & diuturno imperio De-
um solemniter ac publice precibus omnes cives boni defatigari
sunt solent! Quis vos iam non deteriores iudicaret, si Regem
Anglici, ipsis paganis? Na ipsi hi scelus esse credebant, Regem
etiamsi hostili animo contra se pugnaret interficere. Non novum
quidem est, quod Regi cruentas manus intulisse, legantur civi-

Seo